



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 18. Pacta civium Rothomagensium cum Galliarum Rege

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)



tionem Darnetalum usque, quæ est urbs Sæcul. XV.  
 tertia unius leucæ parte Rothomago dissi- A. C. 1449.  
 ta, processit, sed Pontem Arcuensem, unde  
 venerat, repetere compulsus est, abjecta  
 omni spe, urbis expugnationem hujus  
 anni expeditione confectum iri, quocirca  
 abeuntem Regem suus quoque exercitus  
 insequabatur. Verum præter omnem  
 spem favit fortuna; Cives enim urbis suæ  
 recuperationem Regi, cum aliunde legi-  
 timus illius esset Dominus, ultronea de-  
 ditione magis expeditam reddendi, consi-  
 lium ceperunt, veriti, ne si forte civita-  
 tem armorum vi sibi subjiceret, illam  
 militum deprædationi relicturus esset.

## §. XVIII.

*Pacta Civium Rothomagensium  
 cum Galliarum Rege.*

Ergo Cives postera die in unum con-  
 gregati Radolphum Ruffelium Ar-  
 chiepiscopum compellunt, ut Regem adi-  
 ret, eique deditiois condiciones expo-  
 neret, tribus hisce articulis comprehen-  
 sas. I. omnimoda præteritarum offen-  
 sionum oblivio indulgeatur. II. liberum  
 cuilibet sit cum Anglis abeundi arbitri-  
 um. III. ac denique suæ civibus immu-  
 nitates integræ ferventur. Rex nullo  
 negotio petentium votis concessit; Ve-  
 rum Sommersetus Dux detecto civium  
 con-



Sæcul. XV. consilio attonitus hæsit, cumque sese ob-  
A. C. 1449 rutum comperisset ingenti illorum nume-  
 ro, qui vociferantes petebant, ut ipsis  
 Oratores ad Galliarum Regem decernere  
 liceret, cui urbem honestis conditioni-  
 bus, quas armorum vi ad deditionem  
 compulsi sperare haud possent, traderent,  
 Dux ob talem civium petitionem summo  
 terrore affectus, nil intentatum reliquit,  
 ut eorum consilia eluderet.

## §. XIX.

*Rothomagensium pacta a Rege acce-  
 ptata, invitis licet Anglis.*

Verum irriti fuere Sommerfeti conatus;  
 cives enim turmatim ad arma con-  
 volabant, elataque voce clamabant:  
*Pax! Pax!* Ergo Dux invitus licet an-  
 nuit, ut Legatos ad Regem decernerent,  
 atque ab eo securitatis literas obtinerent.  
 Has Galliarum Rex lubenti concessit ani-  
 mo, moxque deditionis pacta fuere ere-  
 cta in portu S. Ovani Rothomagum in-  
 ter & Pontem Arcuensem sito. Legati,  
 qui feria sexta, quæ erat septima decima  
 Octobris, Rothomagum redierunt, altera  
 die rei gestæ seriem omnibus congrega-  
 tis exponebant, qui cunctos articulos  
 omnino ratos habuere, insuper habitis  
 Anglorum oppositionibus, atque minis.

## §. XX.